



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 17/21

NOTA DE FERIA QUARTA CINERUM
De impositione cinerum in tempore pandemïæ

Dicta oratione ad benedicendos cineres, et aspersis eis aqua benedicta, nihil dicens, sacerdos semel pro omnibus astantibus formulam ut in Missali Romano profert: «Pænitémini, et créдите Evangélio», vel: «Meménto, homo, quia pulvis es, et in púlverem revertéris».

Deinde sacerdos abstergit manus ac personam ad protegendas nares et os induit, tum imponit cineres ad ipsum accedentibus vel, pro opportunitate, accedit ad eos, qui in locis suis stant. Sacerdos capit cineres et spargit super caput uniuscuiusque, nihil dicens.

Ex ædibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 12 mensis ianuarii 2021.

Robertus Card. Sarah
Præfectus

✠ Arturus Roche
Archiepiscopus a Secretis